

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Idem eidem

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

mur. Atqui si politicus ordo hac parte suum officium diligentius aliquando recordaretur, certo sumus persuasi, etiam ex animo optaremus, nec adeo usq; cursus uerbi Dei impediretur. Nos, Christi saluatoris benedictione, de hac re deliberabimus, an aliqua ratio possit iniri, qua uerus Dei cultus in illo Comatu institui, ac tales feces excipari queant. Rogabimusq; caelestem Patrem, ut is ad pia nostra consilia pro salute Ecclesiae suam gratiam largiatur. Interim cupimus nostra instituta omnia pijs tuis precibus candidè commendata esse. Bene uale, dilecte Spangenbergi. Datae Mersburgi, die Iouis post Epiphaniæ .7 Ianuarij, 1546.

Idem eidem,

Grattiam & pacem à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo, Amen. Literas humanitatis tuae, quibus & de incuria typographi, & de tactu rata tua cominebatur, intelleximus: nec leuiter de isto tuo malo, tangimur. Existimamus autem non incommodam esse rationem subleuandi damni si ad suspectam illam cautionem de usitatione Mariæ, tua manu leflores tantum admoneretur, quod illa te nescio à typographo sit inserta: ideo liberū illis de lectione istius hymni iudicium relinqui. Sic enim fore speramus, ut quod residuum est exemplarium, facilius extrudatur. Quod ad nos attinet, possumus ferre ut uiginti exemplaria per occasionem

eationem ad nos mittantur. Recipimus nos ope-  
 ram daturos, ut quam commodè poterum in no-  
 stra diocesi parrochis uendita dissipentur. Fuit  
 preterea apud nos Doctor Martinus Lutherus, à  
 quo sacro ordinationis mysterio per impositionē  
 manuum mitati sumus. is fecit tuæ humanitatis  
 honorificam mentionem. Illud ut nobis placuit, ita  
 pollicemur T. H. non solum hoc, sed etiam alio offi-  
 cij genere benignam & gratiosam uoluntatem.  
 Interim commendamus nostra negocia, quæ pro  
 Ecclesiæ incolumitate suscepimus, uestris pijs pre-  
 cibus. Bene ualeat tua humanitas. Data Mers-  
 burgi, sabbatho post Sixti. Anno 45.

Clariss uiro, D. Ioanni Spangenbergio,  
 &c. suo chariss. in Christo patri ac  
 Domino, Ioannes Reiffen-  
 stein, &c.

Gratiam & pacem à Deo patre, & Domino  
 nostro Iesu Christo. Iucundissimæ mihi literæ  
 tuæ fuerunt, doctissime ac clarissime Spangenbergi.  
 Testamur enim, te mei memoriam, qua breui  
 conuersatione cum his præsens apud nos esses ute-  
 baris, retinere. Accepi commendationem, de Basi-  
 lio Michael cue Northusano. Et quod ex me con-  
 siliū potissimum queris, intelligo tuam erga me  
 beneuolam uoluntatem & humanitatem. Ego ue-  
 rò etsi ingenui tenuitate & ruditate tam grauium

H s causa-